



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Bene Meditandi

Berzetti, Nicola

Coloniae Agrippinae, 1658

Die Mercurii quartum.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56496](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56496)

DIE MERCVRII.

*Quartum iter à Caipha ad Pi-
latum.*

1. **T**Ransactâ nocte tã Chri-
sto Domino pãnosâ &
ignominiosâ, initum denuò con-
siliium fuit in Domo Caiphæ con-
tra IESUM, interrogatus ipse an
esset Filius Dei, & respondens:
vos dicitis, quia ego sum; iterum
blasphemus proclamatus, & dig-
nus qui Pilato Romano Præsidi
traderetur, iudicatus fuit.

2. Rursus ergo ligatus, & ma-
jori numero Ministrorum cir-
cumdatus, alapis, pugnis calci-
bus, contusus &c. senioribus po-
puli eum de more subsequenti-

bus, apud Pilatum accusatus fuit, quòd subverteret gentem ipsorum, quòd prohiberet tributa dare Cæsari, quòd seipsum Regem falsò diceret.

3. Ad Tribunal Pilati conductus, examinatusque num esset Rex Iudæorum, innocens inventus fuit, & declaratus Iudæis, atq; ab ipsis de novo calumniosè accusatus, quod commovisset turbas incipiens à Galilæa Ierosolymam usque.

DIE IOVIS.

Quintum Iter à Pilato ad Herodem.

Pilatus audiens mentionem fieri Galilææ, cuius Rex Herodes tunc erat Ierosolymæ,

ut